

Charter of St. Mary's in Magdeburg

(Unserer Lieben Frauen)

Ego Norbertus, Dei gratia Magdeburgensis Ecclesiae Archiepiscopus: Notum sit omnibus, tam futuris quam praesentibus, quod ego statum Magdeburgensis Ecclesiae attendens et eum sublimare in Religione cupiens, et immunitate integrare, et minus correcta reformare, vel in melius mutare studens, in ipsa civitate Ecclesiam B. Mariae Genitrici Dei perpetuae Virgini dedicatam, interius et exterius adeo attenuatam, ut et sarta tecta ipsius Ecclesiae omnino fere essent annihilata, et duodecim Clericis in eo Deo deservire constitutis non sufficerent alimenta. Ex his enim quae ad illam pertinebant Ecclesiam plurima erant in militibus distributa, quaedam per negligentiam jacebant inculta, quaedam in aliorum usus